Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-581979-p0001-4

~~Wilh. Ludwell~~

~~1) Theses juris ad Institutiones~~

~~2.) Diss. II. Thesium juris~~

1248.

Wilhelmi Ludwell dissertationes XVIII. ad Justinianeas Institutiones. Altorf. 1627.

Henrici Bersel dissertationes ad jus Pandectarum Marp. 1627. Vol. I.

Aus Sammelbd.

Sl.

J 1123

1 6

DISPUTATIO DECIMASEXTA.

AD

# IUSTINIANEAS INSTITUTIONES.

*Quam*

*D. O. M. A.*

*Permiſſu & authoritate*

Ampliſſimæ Facultatis Juridicæ in celeberrima Altdorſina.

PRÆSIDE

DN. WILHELMO LUDWELL BORUSSO.

*Nobiliſſimis & Præſtantiſſimis Dominis Collegis examinandam exhibuit,*

WOLFGANGUS ANDREAS Arm/ CULMBAC. FR.

*Menſe Octobri.*

ANNO M. DC. XXVII.

ALTDORPHI NORICORUM,
E Typographia Balthaſaris Scherffij, Univerſitatis Typographi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-581979-p0003-5

# DISPUTATIO DECIMA SEXTA.

## *Ad tit. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Lib. 4.*

RESPONDENTE,

WOLFGANGO ANDREÆ Arnt/ CULMBAC. FR.

## THESIS I.

HActenus etiam de jure rerum. (a) Actio (b) eſt jus (c) perſequendi (d) in judicio, (e) quod ſibi debetur. (f) Eaq; vel in rem, vel in perſonam: (g) & utraq; viciſſim vel civilis, vel Prætoria. (h)

(a) Expoſito enim jure perſonarum, lib. 1. & rerum, lib. 2. 3. & parte 4. tranſit jam Imp. ad actiones, *pr. I. de act. juncto §. f. ſup. de I. N. G. & C. Giph. Vult. Don. ad d. pr.* Nugatoria ergo *Gloſſ. Theoph.* & aliorum continuatio, quod ſupra tractatum de obligationibus, quarum filiæ ſint actiones. *Eguin Bar. ad d. pr. I. h. t.* (b) Ab agendo dicta i. e. poſtulando vel tractando, *Don. ad d. pr. I. n. 4.* non quod improbos ad judicia agamus, ut vult *Theoph. ad d. pr. ibiq; Eguin. Baro. Duar. ad tit. ff. de O. & A. c. 7.* Adde *Gœdd. ad l. 36. ff. de V. S. Forſt. lib. 4. D. 1. th. 1. lit. A.* Quamvis alias non negemus, licuiſſe olim adverſarium non tantum propria autoritate in jus vocare, *arg. l. 4. & t. t. ff. de in jus voc. Duar. 1. Diſp. 1. Vult. lib. un. Diſc. c. 1.* Sed etiam ſi protinus ſequi aut ſatiſdare nollet, vi rapere, *arg. l. 5. §. 1. ff. qui ſatisd. cog. Duar. & Vult. d. l. Cujac. 10. O. 10. Gœdd. ad l. 9. ff. de V. S. Treutl. vol. 1. D. 4. th. 1. lit. B, ibiq; Bach.* Quæri hic ſolet, an actio & cauſa ſit idem? *N. per l. 14. §. 2. ff. de excep. rei jud. Forſt. d. part. 2. D. 1. th. 1. lit. A.* Item an officium judicis & actio idem ſit? Quod & ipſum negamus *per l. 38. l. 50. in f. ff. de hered. pet. Ant. Uſill. ad pr. I. h. t. n. 33. Forſt. d. l.* (c) *pr. I. h. t. l. 51. ff. de O. & A.* Per jus autem intelligimus, non facul-

tatem legitimam, *cum Giphan. ad d. pr. Donell. n. 5. Ant. Uſill. n. 2.* nec formulam, *cum Forſt. d. th. 1. lit. B. Hunn. var. reſ. part. 2. q. 2. Vide Hillig. ad Don. 19. com. 1. lit. D.* Sed remedium juris, *cum Timæo Fabr. D. 27. th. 1. lit. B.* & quidem civilis. Nam actiones à jure civili inventæ ſunt, *l. 2. §. 6. ff O. I. §. 3. I. h. t. n. pr. I. de perp. & temp. act. Ant. Fab. in Iur. Pap. tit. 2. pr. 5. ill. 5. Gail. 2. de pac. publ. 12. n. 2. Forſt. d. D. 1. th. 2. lit. A. Dn. Ungep. Exerc. 14. q. 1.* (d) Perſecutionis verbo propriè & ſtrictè veniunt petitiones extraordinariæ, *l. 178. §. 2. ff. de V. S.* Sed hic latius accipitur, omneſq; tam ordinarias, quam extraordinarias petitiones comprehendit, *Giph. ad d. pr. Don. n. 7. Ant. Uſill. n. 22.* (e) Quod rectè definitur legitima rei controverſæ apud judicem tractatio & dijudicatio, *arg. c. forus. extr. de V. S. Weſ. in ϖ. ff. de judic. n. 5. Adde Ilicon. Umm. D. ad Proceſſ. 1. th. 1. n. 3. & Bach. ad Treutl. vol. 1. D. 12. th. 1. lit. A.* Additum autem eſt hoc vocabulum definitioni, tum, ut diſtingueretur actio hæc ab actionibus extra judicialibus, *Gl. ad d. pr. Zaſ. n. 4. Ant. Uſill. n. 25.* tum ut conſtaret nemini licere privatim ſibi jus dicere & propria autoritate ſibi debitum auferre, *l. 13. ff. quod met. cauſ. l. pen. & ult. ff. ad l. Iul. de vi priv. l. un. C. ne quis in ſua cau. l. 14. C. de jud. & cælic. & arg. l. 176. ff. de R. I. Donell. ad d. pr. n. 8. & 17. com. 2. Uſill. ad d. pr. n. 26. Bronchor. cent. 1. aſſ. 56. & cent. 4. aſſ. 75. Forſter. d. D. 1. th. 1. lit. D.* (f) Debendi verbum hic generaliter accipiendũ eſt, ut omnem omnino actionem, tam in rem, quam in perſonam ambitu ſuo complectatur, *arg. §. 1. I. de Act.* ubi actio *in pr.* definita, in actionem realem & perſonalem dividitur. Quamvis enim res noſtra nobis proprie deberi non poſſit, *d. §. 1. I. h. t. l. 27. §. 2. l. 34. ff. de aur. & arg. leg.* reſtitutio tamen ejus omnino debetur, eamq; hiſce actionibus perſequimur, *l. 9. & l. 68. ff. de rei vind.* non quidem obligationis, ſed actionis jure *N. 4. c. 2.* ubi quis actione in rem teneri dicitur. *Don. ad d. pr. I. h. t. n. 9. & 10. & 19. com. 1. ibiq; Hillig. lit. H. Ant. Uſill. ad d. pr. n. 42. Timæus Fab. d. th. 1. lit. F. Arum. Ex. 18. th. 1. Ungep. Exerc. 14. q. 2. Adde Gœdd. ad l. 12. pr. n. 4. ff. de V. S. Coraſ. 6. miſcell. 5. n. 8. & 9. Rain. Corſ. 2 indag. 1.* Quæritur, an ad hanc definitionem referri poſſunt accuſationes, actiones populares, reſtitutiones in integrum, & interdicta? Quod A. & de accuſationibus *per l. 4. C. de edend. l. pen. ff. ſi ex nox. act. ag. l. 15. §. 3. ff. ad SCt. Turpil. rubr. C. quand. civ. act. crim. præjud.* de actionibus popularibus, *per §. 12. I. h. t. l. 12. ff. de V. S.* de reſtitutionibus in integrum, *per l. 39. §. 6. ff. de procurat. l. 1. §. 6. ff. de dolo. Don. ad d. pr. I. h. t. n. 11. & ſeqq.*

*11.& ſeqq. & d.lib.19.com.1.Adde Ungep.Exerc. 14.q.3.* de interdictis, *per l.37.inf.pr.ff.de O.& A.* cum hodie ad inſtar actionum redacta ſint, *§.f. I. de interd.Vult.ad d.pr.I.h.t.n.f.Ant.Uſill.n.54.& ſeqq.Tımæ.Fab.d.th.1 lit.F.* (g) *§.1.I.h.t.& l.25.ff.de O.& A.* Mixtas tam in rem, quam in perſonam non agnoſcimus, & quæ in *§.20.inf.h.t.n.* recenſentur, ad actiones in perſonam referimus; quia ex quaſi contractu deſcendunt, *§.3.& 4.I.de obl.quæ quaſi ex contr.t.t.ff.& C.fin.reg.Don.ad d.§.1.I.h.t. n.8.Uſill, n.36.& 37.& ad §.20.I.h.t.n.4.Vult.ad d.§.20.n.2.Bronch.cent. 4.aſſ.37.Arum.Ex.18.th.3.Hœnon.D.19.th.2.* (h) Illa ex parte aliqua juris Civilis, hæc ex Prætoris jurisdictione deſcendit, *§.3.I.h.t.* An ergo ex prudentum reſponſis etiam ſunt actiones proditæ? *N. Don.ad d. §.3.n.10.Forſt.d.D.1.th.2.lit.C.* Affirmat *Gloß.& Zaſ.ad d.§.3.n.3.* quos ſequimur *propter d.§.3.I.h.t.& l.2.§.6.ff.de O.I.Adde Gœdd.ad l.6.§.1.ff. de V.S.n.20.* Quæritur de actionibus, quæ ſtatutis Ducum, Marchionum, Comitum &c. introductæ ſunt, an civiles an verò Prætoriæ dicendæ? Et civilibus poti⁹ annumerandas recte docet *Forſt.d.th.2.lit.C.*

## *II.*

Actio in rem (a) civilis, vel rerum corporalium eſt, ut rei vindicatio: (b) vel incorporalium, ut actio confeſſoria (c) & negatoria. (d) Prætoria eſt Publiciana, (e) Reſciſſoria, (f) Hypothecaria de Prætorio pignore, (g) Serviana, (h) & quaſi Serviana. (i)

(a) Dicitur etiam petitio, *l.28.ff.de O.& A.l.178.§.2.ff.de V.S.* & vindicatio *§.15.I.h.t.l.25.ff.d.t.de O.& A.* quaſi aſſertio, *arg.l.32.ff.de lib. cauſ.Don.ad d.§.15.n.4.* ab antiquo dicendarum vindiciarum ritu, ut docet *Borch.ad d.§.n.1.& 2.* Eſtq; qua rem, vel verè vel quaſi noſtram petimus *arg.§.1.2.3.I.h.t.Don.19.còm.2.* (b) Qua rem noſtram à quovis poſſeſſore petimus, *d.§.1.I.h.t.n.* Duo enim ſunt vindicationis requiſita, dominium à parte actoris, & poſſeſſio à parte rei, *d.§.1.* poſſeſſio autem intelligenda generaliter, ut & nudam detentionem comprehendat, *arg.l.9.ff.de R.V.Hott.Ill.q.20.Bronch.cent.1.aſſ.75.* An non etiā tertium eſt requiſitum, ut reus ſeu poſſeſſor contrà ſe dominum ejus eſſe aſſerat? Ita putat *Giph.ad d.§.1.* Sed verius videtur id neceſſarium non eſſe; cum & aliàs actore non probante reus abſolvendus ſit, etiamſi nihil præſtiterit, *l.4.C.de edend.l.f.C.de R.V.§.4.verſ.com-*

mogum infra de interdict. Gloſſ. ad d. §. n. ibiq; Vſill. n. 27. Don. 25. (c) Qua ſervitutem in re alterius nobis competere intendimus. §. 2. I. h. t. & l. 2. ff. ſi. ſerv. vind. Competit autem directa hæc actio ſoli domino, l. 2. §. 1. ff. d. t. utilis etiam b. f. emtori, arg. l. 18. ff. de pignor. & hypothec. Vaſallo, c. un. de inveſtit. de re alien. fact. 2. F. 8. emphyteuticario, l. 16. ff. de ſervit. & ibi Coſtal. & creditori, d. l. 16. l. un. §. f. ff. de remiſſ. Quid de uſufructuario dicendum? Et hunc ſervitutem vindicare non poſſe, verius videtur, l. 1. ff. ſi uſufr. pet. l. 2. ff. de oper. nov. nunc. niſi per conſequentiam, ipſum uſumfructum vindicando d. l. un. §. pen. ff. de remiſſ. l. 5. §. 4. ff. ſi ſerv. vind. Vult. 1. diſcept. 18. Adde Coraſ. ad d. §. 2. I. h. t. Cujac. 1. O. 16. Hottom. 2. amicab. reſp. 16. Bronch. cent. 1. aſſ. 90. & Treutl. vol. 1. D. 16. th. 7. lit. C. & ibiq; Bach. (d) Qua ſervitutem à re noſtra deberi negamus, d. §. 2. I. h. t. & d. l. 2. ff. ſi ſerv. vind. Harum autem actionum eventus eſt, ut victori officio judicis aut res præſtetur, aut cautio, l. 7. l. 12. ff. ſi ſerv. vind. & fructuum quoq; ratio habeatur, l. 4. §. 2. l. 6. §. 6. ff. d. t. Don. ad d. §. 2. I. h. t. n. 4. 9. & 10. Treutl. D. 17. th. 15. ibiq; Bachov. Illud hic notandum actiones haſce confeſſoriam & negatoriam non à conceptione verborum affirmativa vel negativa, ſed à reipſa & ſententia ita appellari, Don. ad d. §. 2. n. 5. & 11. Vult. n. 9. Forſt. d. D. 2. th. f. lit. A. Et non pro ſervitutibus tantum, ſed aliis etiam juribus aſſerendis vel negandis, ut, pro jurisdictione, jure patronatus &c. Saltem utiliter competere, arg. l. 9. §. 2. ff. de dam. inf. Vult. ad d. §. 2. n. 4. & 5. Niell. D. 30. th. 3. Foman. D. 28. th. 8. lit. C. Treutl. d. D. th. 14. lit. D. Hunn. 4. var. reſol. p. 3. q. 6. Sed quiſnam eſt caſus ille unicus, cuius mentio fit in d. §. 2. I. h. t. Varias Dd. opiniones collegit Vult. ad d. §. n. 46. & ſeqq. & Coraſ. 3. miſc. 23. Nos putamus eum in l. 9. ff. de R. V. contineri Weſ. in not. ad Schneid. d. §. 2. I. h. t. Timæ. Fab. d. D. 17. th. 4. (e) Qua rem ex juſta cauſa, bona fide à non domino acceptam & nondum uſucaptam, ab ejus poſſeſſore petimus, §. 4. I. h. t. & l. 1. ff. de publ. in rem act. Datur enim hæc actio bonæ fidei poſſeſſori, & ei qui à minore, vel furioſo ignoranter emit, l. 7. §. 2. & 4. ff. d. t. Don. ad d. §. 4. n. 6. Fom. d. D. th. 11. lit. D. Hœn. d. D. th. 4. lit. A. non verò domino, d. §. n. d. l. 1. §. 1. ff. de publ. in rem act. niſi in ſubſidium, ob difficilem dominii probationem, Zaſ. ad d. §. n. 8. Schneid. n. 24. qua ratione & ſimul in eodem libello rectè cum rei vindicatione proponitur, arg. l. 1. §. 4. ff. quod legat. Gail. 2. Obſ. 62. Bachov. ad Treutl. vol. 1. D. 15. th. 13. lit. A. contra quemvis poſſeſſorem, & eum qui dolo malo

poſſi-

poſſidere deſiit: non tamen adverſus ipſum dominum, *l.pen.& ult.ff. d.t.* niſi certis caſibus, *Don. ad d. §. 4. n. 15. Cujac. 10. O. 6. Forſt. D. 3. th. 4. lit. D.* quemadmodum nec contra poſſidentem titulo, *l. 9. §. 4. ff. d. t.* Hinc quæritur, an contra poſſidentem pro herede hæc actio competat? Quod affirmandum: quia titulus pro herede revera titulus non eſt, cum petitio hereditatis contra poſſeſſorem pro herede datur, *l. 9. ff. de hered. pet.* quæ contra titulo poſſidentem non datur, *l. 11. C. d. t. Fachin. 1. contr. 4. Ant. Uſill. ad d. §. 4, n. 24. & ſeqq. Foman. d. D. th. 11. lit. H. Hœnon. D. 19. th. 4. lit. A.* (f) Qua reſciſſa uſucapione, priſtinus dominus rem ſuam petit, *§. 5. I. h. t.* Dicitur hæc actio reſciſſoria, *l. 28. §. f. ff. ex quibus cauſ. maj. l. 18. C. de poſtlim. reverſ.* non quod reſciſſa per in integrum uſucapione, ipſa demum competat, ut Dd. volunt; ſed quia per eam reſcinditur uſucapio jure perfecta, ut colligitur ex *l. 35. in f. pr. ff. de O. & A.* Fit enim hæc uſucapionis reſciſſio non ſpeciali aliquo remedio, puta decreto; ſed eo ipſo quod Prætor actionem hanc reſciſſoriam dat, *d. l. 18. C. de poſtl. reverſ.* Unde apparet diſtinctionem Practicorum inter remedium reſcindens & reſciſſorium, alienam à jure noſtro eſſe. *Cujac. 7. O. 31. Giphan. & Borch. ad d. §. 5. I. h. t. Bachov. ad Treutl. vol. 1. D. 11. th. 1. lit. B. Dn. Ungep. Exerc. 17. q. 7.* Competitq; hæc actio non perpetuo, ut perperam exiſtimat, *Don. ad d. § 5. I. h. t. n. 8.* Sed intra annum utilem, *d. §. 5. & d. l. 35. ff. de O. & A. & d. l. 18. C. de poſtl. reverſ.* qui hodie conſtitutione Juſtin. in quadriennium continuum mutatus eſt, *l. f. C. de temp. in integr. reſt. Coraſ. ad d. §. 5. Forſt. D. 3. th. 5. lit. A. Bach. ad d. D. 11. th. pen. lit. E. Hœnon. d. D. 19. th. 4. lit. B.* Q. An hæc actio ſit ſpecies Publicanæ? Quod rectè negat *Donell. ad d. §. 5. n. 14. Forſt. d. th. 5. lit. A.* (g) quæ datur creditoribus pignoris Prętorii perſequendi gratia, adverſus quemlibet poſſeſſorem, *d. §. 6. I. h. t. & l. f. C. de Præt. pign.* Vulgo Dd. *in d. §. 6.* Paulianam definiri exiſtimant: ſed perperam, cum ea in perſonam ſit, ut ex callido fraudantis conſilio orta, *l. 1. l. 10. ff. quæ in fraud. cred. Gl. ad d. § 6. I. h. t.* At quæ hic explicatur, actionem in rem eſſe, manifeſtum evadit *ex §. 3. juncto §. 8. I. h. t. Don. ad d. §. 6. Forſt. d. D. th. 6. lit. A* (h) Qua experitur dominus, de rebus coloni, quæ jure pignoris pro mercede, aut deterioratione fundi, expreſsè ipſi obligatæ ſunt, *§. 7. I. h. t.* Dicitur hæc actio Serviaua, non à ſervando, ut Accurſ. exiſtimat, ſed à Servio Prætore, qui eam introduxit, ut monet *Rittersh. ad d. §. 7. I. h. t. Forſt. d. D. 3. th. ult. lit. A.* Et competit adverſus

verſus quemcunq; colonum, *d.§.7.* etiam partiarium, *arg. l.25. §.6.ff. locat.conduct.Forſt.d.th.f.lit.D.* non etiam adverſus inquilinum: cum Prætor coloni tantum mentionem fecerit, & Imp. quoq; quaſi excluſurus inquilinum, ad colonum duntaxat & fundum coarctaverit, *d.§.7.I.h.t.& ibi Vult.n.40.Treutl.vol.2.D.1.th.7.lit.E.Hœnon.d.th.4.lit.D.* Dixi autem expreſsè obligatæ, quia res coloni in prædium ruſticum illatæ, non aliter, quam expreſſa conventione obligantur, *§.3.in f.I.de interd.l.4.in f.pr.ff.in quib.cauſ.pign.vel hypoth.tac.contr.* Facit quod ſatis cautum domino ſit fructibus, qui tacitè pignori eſſe intelliguntur, *l.7.pr.ff.d.t.l.3.C.eod.l.24 §.1.ff.locati.Egu.Baro, Coraſ.Vult.d.n.40.ad d.§.7.I.h.t.Bronch.cent.2.aſſ.72.Foman.d.D.th.14.lit.E.Hœnon.d.D.th.4.lit.D.Dn.Ungep.Exerc.14.q.f.* (i) Qua creditores pignora hypothecasve perſequuntur, *d.§.7.* ſive expreſsè ſive tacitè obligatæ fuerint, *l.1.C.commun.de leg.Vult.d.l.& Forſt.d.th.f.in f.* Datur autem hæc actio non tantum de rebus inquilini, *l.4.pr.ff.de pact.d.l.4.pr.ff.in quib.cauſ.pign.l.f.C.eod.* Sed etiam iis, quas inquilinus inquilini intulit, quæ & ipſæ domino prædii pro mercede ejus partis, quam conduxit, tacitè obligatæ ſunt, *l.11.§.5.ff.de pign.act.Connan.4.com.16.n.7.Bronch.1.miſcell.aſſ.80.Hœnon.d.th.lit.E.* Q. An idem dicendum de libris ſtudioſorum in habitationem conductam illatis? Negatur tum quia non minor favor eſſe debet illarum rerum, per quas animus hominis, quam quibus fundus, excolitur, *l.7.l.8.& auth.ſeq.C.quæ r. es pignor.* tum quod tacita hypotheca videatur generalis, *arg.l.pen.ff.in quib.cauſ.pign.tac.* in quam non veniunt ea, quæ veroſimiliter quis obligaturus non eſſet, *l.6.ff.de pignor.Schneid.ad d.§.7.I.h.t.n.43.Treutl.vol.1.D.6.th.3.lit.B.& vol.2.D.1.th.4.lit.C.ibiq; Bachov.Hœnon.d.th.4.lit.E.* Verùm ab hac ſententia receſſum eſt conſuetudine Germaniæ noſtræ, ut docet *Coler.Part.2.de proceſſ.exec.c.3.n.148.*

## *III.*

Actiones in rem eſſe videntur (a) etiam præjudiciales: (b) eæq; vel civiles, ut actio de ſtatu libertatis: (c) vel Prætoriæ, ut actio de jure patronatus, (d) & actio de partu agnoſcendo. (e)

*(a)* Actionibus in rem rectius quam in perſonam annumerari præjudiciales, vel ex eo apparèt, quod prima ex cauſa veri domini deſcendit, *l.8.§.1.& .2.ff.de liber.cauſ.l.1.§.2.C.de aſſ.toll.* reliquæ verò ſint

quaſi

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-581979-p0010-4

quaſi de dominio, & quaſi proprietetis cauſam contineant, *arg.l.2.§.2.ff.de interdict.* Cujusmodi actiones in rem eſſe expiditum eſt, *ex §.1.I.h.t.& l.25.ff.de O.& A.Egu.Baro.ad §.13.I.h.t.Borch.n.4.* Dicit igitur Imp. videntur, non quod in rem non ſint, ſed quod non propriè & eodem plane modo, quo ſuperiores, ut recte docet *Coraſ. ad d.§.13.& Don.n.10.I.h.t.Gothofr. Anton.Diſp.Anti Vult.3.th.32.& ſeqq. Hœnon.d.D.19.th.f.lit.A.* (b) Quæ alias in jure præjudicia vocantur, *l.1.§.1.ff.de R.V.l.3.§.1.l.33.§.1.ff.de de procur.l.3.§.1.l.5.ff.de agn. & al.lib.l.ult.ff.ſi ingen.eſſe dic.* ex eo forte, quod hæc judicia cum aliis concurrentia, ſemper primo loco expedienda ſint, *l.14.C.de liber. cauſ.Giph.ad d.§.13.I h.t.Adde Coraſ.Baron.& Don.ad d.§.n.6.& 7.& Forſt.D.5.th.1.lit.A.* Illud notandum de præjudiciis majores ſolum magiſtratus judicaſſe, *l.32.§.7.ff.de recept.arbitr.l.2.C.de pedan.judic.l.f.C.ubi cauſ.ſtat.Foman.D.29.th.8.lit.E.* (c) Qua vel dominus experitur contra ſervum, qui ſe liberum eſſe contendit; vel ex adverſo ſervus, qui libertatem ſibi aſſerit, contra eum, qui dominũ ejus ſe eſſe dicit, *d.§.13.I.h.t.l.24.ff.de lib.cauſſ.* Hodie utilis datur Principibus, Comitibus & aliis prædiorũ dominis adverſus ruſticos, colonos, aſſcriptitios & originarios, in quibus hodie ſecundum diverſam Germaniæ conſuetudinem, jus aliquod ſervitutis habere videntur. *Oldendorp.claſſ.3.act.9.Zaſ.ad.d.§.13.n.14.Schneid.n.15.Forſt.d.D.5.th.1.lit.C.Hœnon.d.th.f.lit.B.* (d) Qua patronus contra libertum, qui ſe ingenuum eſſe dicit, vel libertus contra patronum, qui libertum eum eſſe contendit, utitur, *l.14.ff.de probat.l.f.& t.t.ff.ſi ingen.eſſe dic.* Hodie utiliter competit dominis, qui ruſticos manumiſerunt, id eſt, liberam facultatem à prædiis, quo velint migrandi conceſſerunt. *Old:d.act:9.Vult:ad d.§.13.n.13.Forſt:d.th.1.lit.D.* Q: An etiam hæc actio detur domino feudi in vaſallum? N. quia dominus nullum jus in perſona vaſalli habet, ut docet *Schneid:ad d.§.13.n.23.Foman.d.D.29.th.8.lit.C.Forſt.d.th.1.lit.D.* (e) Quæ datur patri contra filium, ſe filium eſſe negantem, vel filio contra patrem, *l.1.l.5.ff.de liber.agnoſc.l.9.& l.pen.ff.de obſeq.par.& patr.præſt.* Et hanc quoq; hodie utiliter fratri adverſus fratrẽ, cognato adverſus cognatum de jure familiari concedi, notat *Oldend.d.act.9.Forſt:d.th.1.lit.E.* Q: An non plures ſint actiones præjudiciales, quam enumeratæ? Quod affirmandum videtur, *arg.l.1.§.1.ff.de R.V.& l.3.§.1.ff.de agnoſc.& al.lib.Hottom.ad d.§.13.ibiq; Giph.& Vult.n.f.Forſt.d.th.1.lit.F.*

## IV.

**Actiones in perſonam (a) civiles alibi explicatæ ſunt:(b) Prætoriæ vero vel rei perſequendę gratia comparatæ ſunt; ut actio de conſtituta pecunia, (c) in factũ ex jurejurando, (d) & ſimiles: (e) vel pœnæ, ut actio de albo corrupto, (f) de in jus vocando, (g) de vi exemto, (h) & id genus aliæ. (i)**

(a) Dicuntur ita, non quod ex jure perſonarum oriantur, ut putat *Vult. add. §. 1. I. h. t. n. 6.* Sed quod contra certam perſonam nobis obligatam dentur, *d. §. 1.* eiq; cohæreat, nec ab oſſibus ejus ſeparari poſſit, *arg. l. 16. ff. de pecul. & ibi gl. Coraſ. ad d. §. 1. & Lud. Gomeſſ. n. 3.* Vocantur & condictiones, à condicendo, quod priſca lingua eſt denunciare, *§. 15. I. h. t.* Moris enim erat antiquitus, ut antequam judicem adirent, condicerent diem, i. e. denunciarent, actor quidem quo die vellet reum ſe ſiſtere judicio; reus verò ſe eo die affuturum, *l. 8. ff. qui ſatisd. cog. Don. ad d. §. 15. n. 5. & ſeqq.* Hodie denunciatio neceſſaria non eſt, *d. §. 15. I. h. t.* ſed poteſt actor reum recta absq; interpellatione extrajudiciali in jus vocare. *Schneid. add. § n. 6. Forſt. d. D. 5. th. 2. lit.* A. *Hœn. D. 20. th. 1. lit. A.* Eſt igitur condictio, ſeu actio in perſonam, qua cum eo agimus, qui nobis ex contractu vel quaſi, aut ex delicto vel quaſi, obligatus eſt, *§. 1. I. h. t. n. l. 25. ff. de O. & A. Don. ad d. §. 1. n. 13. & Gomeſſ. n. 1.* (b) In materia contractuum & delictorum Diſputationibus aliquot præcedentibus. (c) Qua convenitur is, qui debitum vel ſuum, vel alienum, citra ſtipulationem ſolvere promittit, *§. 9. I. h. t. l. 1. C. de conſtit. pecun.* Conſtituti enim, quod pactum legitimum eſt, *arg. l. 1. ff. h. t. jun. l. 6. ff. de pact. Vult. add. § 9. n. 7.* requiſita duo ſunt, I. ut debitum aliquod præceſſerit, *d. l. 1. § 5. l. 11. pr. ff. h. t.* nec intereſt ex qua cauſa, aut quo jure: dum aut utiliter peti poſſit, aut naturaliter debeatur, *l. 1. § pen. & ult. l. 2 l. 3. ff.* de *conſtit. pecun. Don. ad d. § 9. n. 5.* II. ut promiſſio pacto citra ſtipulationem facta ſit, *d. § 9. I. h. t.* Q. Si interrogatione præcedente, & reſponſione ſtatim ſubſequente quid conſtituatur, an conſtitutum, an ſtipulatio contracta cenſeri debeat? Et verius videtur ſine dubio ſtipulationem contractam cenſeri, *arg. d. § 9. & l. 7. § 12. ff. de pact. Niell. D. ad Inſt. 30. th. 6. lit. B.* (d) Qua quis rem, quam ſibi deberi, vel ſuam eſſe juravit, ſibi adjudicari petit. Hac actione enim non quæritur, an

pecunia

pecunia debeatur, ſed an juratum ſit, § *11. I.h.t.l.5.§ 2.ff. de jurejur.* proinde cauſa jurejurando ſemel deciſa, prætextu perjurii retractari non poteſt, *l.1.C.de reb.cred. Duar. ad t. ff. de jurejur. cap. 27. Don. ad d.§ 11.n.4. Bronch. cent. 2. aſſ. 26. Forſt. d.p.2. D.6.th.16.lit. E. Ungep. Exerc. 15.q.2.* Vetus tamen actio per jus jurandum ſublata non eſt, ſed actori, qui juravit utraq; tam veteri ex prætenſa controverſia, quam uova ex juramento competit, *l.9.§ 2.l.13.§ 4.& § 5.l.30.pr.ff. de jurej. Ilico Umm. Diſp. ad Proceſſ. 14.th.5.n.31. Ungep. Exerc. 15.q.1.* Competit autem hæc actio non ex quolibet juramento, ſed voluntario tantum. Nam ex judiciali & neceſſario, cum utrumq; adhuc ſententia judicis ſequatur, *l.74.ff. de judic. l.34.§ ult. ff. de jurejur.* judicati potius actio deſcendit, *l.6.§ f. ff. de re jud. l.8.C. de reb. credit. Tr. vol.1. D.21.th.9.lit. E. ibiq; Bachov.* Quæri hic ſolet, an perjurii in Deum commiſſi, jure civili ſit pœna aliqua? Quod Aff. *per l.2. in f. C. de indict. viduit. toll. & l.f. ff. Stellionat. Duar. ad d.t. ff. de jurejur. c.f. & 2. Diſp. 37. Bronch. cent. 2. aſſ. 25. Pac. cent. 3. q. 79. Ilico Umm. d. D.14.th.6.n.34. Ungep. Ex.5.q.3.* (e) Actio quod juſſu, Exercitoria, tributoria, de peculio &c. de quibus infra ſuo loco. (f) Quæ competit adverſus eum, qui album Prætoris perpetuæ jurisdictionis cauſa propoſitum, vel per ſe vel per alium dolo malo corrupit, § *12. I. h.t.* Pœna eſt 50, vel (ut lectio Florentina habet,) 500. aureorum, *l.7. ff. de jurisd.* quæ competit adverſus ſingulos corrumpentes in ſolidũ, *l.7.ff.d.t.* etiam cum familia alicujus album corrupit, *l.9. ff.d.t. Cujac. 8. obſ. 20. Bronch. cent. 4. aſſ. 34. Pac. cent. 1. q. 56. Hœnon. d. D. th. 4. lit. A.* Et non fiſco ſed actori applicanda eſt, *arg. l. ult. ff. de litigioſ. l.3. ff. de ſepul. viol. arg. l.12. ff. de V.S. Don. ad pr. I. de act. n.12. Schn. ad d.§ 12.n.28. Gœdd. ad d.l.12. ff. de V.S.n.15. Bronch. cent. 4. aſſ. 69. Fom. d. D.29.th.5.l.A.* (g) Quę datur contra eum, qui patrẽ vel patronum ſine venia in jus vocavit, ad pœnam 50 aureorum *d.§ 12. & l. pen. ff. de in jus voc.* A qua neminem excuſat ruſticitas, nec reſcripto Pr. remitti poteſt, *l.2. C. de in jus voc. Foman: d. D. th.6.lit. C.* Pœna autem hæc tantum in parentibus & patronis &c. in aliis verò in *l.2. ff. de in jus voc.* enumeratis extraordinaria locum habere videtur, *arg. l.1.§ 1. ff. de effract. Gloſſ. ad d.§ 12. in verbo. impetraſſet. Gomeſſ. n.39. Foman. d. th. lit. E.* Q. An diſcipulus Præceptorem ſine venia in jus vocare poſſit? Quod A. quia id nuſquam prohibitum, nec Præceptor eſt ex perſonis in Edicto Prætoris enumeratis. *Duar. ad d.t. de in jus voc. c.4. Paul. Berenſ. D.15.th.1.q.f. Adde Treutl. vol.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-581979-p0013-1

*D.1.4.th.6.lit. C.* Idem dicendum de vaſallo, videlicet & eum dominũ feudi abſq; veniæ interpretatione rectè in jus vocare. *Gloſſ. in c. un. in verbo: reverentia de milit. vaſall. qui contumax &c. 2.F.22. Borch. de Feud. c.10.n.38. Vult. lib.1.c.10.n.22. & lib. un. diſcept. ſchol. c.1. in f. Mynſ. cent.4. obſ 92. Gail. de pignor, obſ.15.n.4. Fach.10. contr.89.* (h) Contra eum, qui aliquem in jus vocatum vi exemit, vel fraude fecit, ut eximeretur, *d.§ 12 I.h.t.* Pœna eximentis eſt, ut actori teneatur, non tantum in id, quod in veritate eſt, ſed quanti ea res ab actore fuerit æſtimata *l. pen. § 1. ff. ne quis eum, qui in jus voc. vi exim.* non jurejurando in litem, ut putat *Gl. ad l. pen. & Weſ. in π. ff. n.3.* Sed æſtimatione in libello ab actore petita, *arg. d. l. pen. § 1. Hottom. ad d. §.12. I. h. t. & Duar. ad l.5. ff. de in lit. jur. n.9.* (i) ut actio furti manifeſti, actio injuriarum, noxales actiones & aliæ innumerabiles, *d. §.12. in f. & ibi Don.*

## *V.*

Sequens actionum diviſio eſt, (a) quod vel rei perſecutoriæ ſint, (b) vel pænales, (c) vel mixtæ. (d) III. quod vel in ſimplum conceptæ ſint, (e) vel in duplum, (f) ut actio furti nec manifeſti, l. Aquiliæ, depoſiti ex quibusdam cauſis, actio ex teſtamento pro legatis ad pias cauſas relictis, (g) & actio ſervi corrupti: (h) vel in triplum, ut condictio ex lege ratione, ſportularum executoribus ſolutarum, (i) vel in quadruplum, (k) ut actio furti manifeſti, (l) quod metus cauſa, (m) actio in factum de calumniatoribus, (n) & condictio ex lege in executores litium. (o)

(a) *§16. I.h.t. ibiq; Theoph. & Don.* Pertinet autem hæc diviſio ad finem & ſcopum, in quem, qui agit collimat *Coraſ. ad d. §16.* (b) Quibus perſequimur id, quod nobis abeſt: vel quia noſtrum, vel quia nobis debitum, *l.35. ff. de O. & A.* Ejusmodi ſunt actiones in rem omnes, *§17. I.h.t.* etiamſi in iis in litem nonnunquam juretur, *l.5. ff. de in lit. jur.* & contumacia non reſtituentis puniatur, *l.1. l.8. ff. d.t. Coraſ. ad d. §17 & Donell. n.8.* Item actiones ex contractu & quaſi contractu ferè omnes *d. §17. I.h.t. ibiq; Coraſ. Uſill. n.2. Don. n.9. & 12.* Item & ex delicto nonnullæ, ut actio rerum amotarum, *l.21. § pen. ff. de act. rer. amot.* & con-

dicto

dictio furtiva, *l.7.§ ult.ff.de condict.furt. Don.add.§ 17.n.10.* (c) Quibus non perſequimur id, quod nobis abeſt, ſed aliud quod vinctæ cauſa, *l.un.in f.ff.ſi quis jus dic.non obtemp.Coraſ.ad d.§ 16.n.3. & Don.n.6* Tales ſunt actio furti, & injuriarum, *§ 18.I.d.t. & Don.n.11.* Pœna autem hic intelligitur non conventionalis, *ut Coraſ.hic.n.2.* exiſtimat; ea enim rei appellatione continetur: ſed legitima i.e. jure definita & conſtituta, aut arbitrio magiſtratus relicta. *Vult.add.§ 16.n.9.Don.n.4.Foman.d.D.th.11.lit.A.* (d) Quibus & rem & pœnam perſequimur, *§ 18. I.d.t.* Quales ſunt ex delictis actio vi bonorum raptorum & Legis Aquiliæ, *§ 18.I.d.t.* ex contractu, actio depoſiti ſi tumultus, incendii, ruinæ, aut naufragii cauſa quid depoſitum fuerit, & depoſitarius dolo malo depoſitum negaverit, *§ 17.I.h.t.* & redhibitoria, ſi quis redhibenti morboſum mancipium, pretium non reddiderit, *l.45.ff.de ædil.edict. Don.add.§ 16.n.9.* & ex quaſi contractu actio ex teſtamento, ſi heres legatum ad pias cauſas relictum, vel infitiatus fuerit, vel ſolvere diſtulerit, uſq; dum in jus vocaretur, *d.§ 19.& § 26.I.h.t.Fom.d.th.11.lit.G.H.* (e) ut actiones, quæ rei perſecutionem continent, omnes, *§ 22.I.h.t.&* ex iis quæ pœnæ perſecutionem habent, nonnullæ, in quibus certa pœnæ ſumma ita lege comprehenſa eſt, ut neq; dupli, tripli, aut quadrupli mentio fiat, ut cum pœna conſtituitur in 10, aut 20 aureos, *l.7 ff.de jurisd.l.pen.ff.de in jus voc.§ 1.& ſeqq.I.de obl. quæ ex delicto Don. ad § 21.n.3.Adde Vult.n.2.& Fom.D.30.th.2.* (f) Idq; vel natura ſua ut actio furti nec manifeſti, & ſervi corrupti, vel ex accidente, infitiatione videlicet & dilatione ſolutionis, *§ 26.I.h.t.* (g) Quæ ſuis locis explicatæ ſunt. (h) Qua agitur adverſus eum, qui ſervum vel ancillam alteri⁹ dolo malo perſuadendo corrupit, ut deterior fieret, *§ 23.I.h.t.& l.1.pr. ff. de ſerv. corrupt.* vel ſaltem ſuaſit, etiamſi non perſuaſerit, *l.20.C.de furt.Vult.add.§ 22.n.10.Foman.d.D.30.th.3.lit.I.* Duplatur hic non tantum ſervus corruptus, ſed omne damnnm & intereſſe, *l. 18.ff.de ſerv. corrupt.Foman.d.th.lit.I.* Directa autem hodie uſum non habet, ſed utilis competit patri de filiofam. *l.14.§ 1.ff.de ſerv.corrupt.* magiſtratui de ſubditis, & marito de uxore corrupta *Zaſ.ad d.§.n.5.Adde Uſill.n.14 & Vult.d.n.10.* (i) Quæ competit contra eos, qui majorem vera æſtimatione quantitatem in libello conventionis inſerunt, ut ex hac cauſa viatores, ſive apparitores, ampliorem ſummam ſportularum nomine conſequantur, *§ 24.I.h.t.* Triplum autem ita demum ſolvere

 actor

actor compellitur, ſi dolo malo quantitatem in libello auxerit, *arg. l. 39 ff. de furt. Schneid. ad d. § 24. n. 13.* Sed an actio hæc etiam locum habet in ſalariis advocatorum & notariorum? Quod poſt *Iaſonem* rectè affirmat *Schneid. d. l. n. 17.* Deniq; notandum textum *d. § 24. inf.* rectius ita legi: ex qua proculdubio eſt, ex lege condictitiam emanare. *Pac. hic in not. & Don. ad d. § n. 6.* (k) Sed & hic non eodẽ modo. Actio enim quod metus cauſa natura ſua tantum in ſimplum eſt, propter contumaciam demum non reſtituentis condemnatio fit in quadruplum: reliquæ vero ab initio ſtatim & natura ſua in quadruplum conceptæ ſunt, *§ 27. I. h. t. & ibi Coraſ.* (l) De qua ſupra *Diſp. præced. th. 3. lit. D.* (m) Quę datur ei, qui damnum per juſtum metum illatum, paſſus eſt, adverſus eum, qui metum intulit, vel lucrum ex aliena malitia ſenſit, *l. 14. § 3. ff. quod met. cauſ.* Eſt enim actio in rem ſcripta, *l. 9. § ult. ff. d. t.* nõ mixta, ut perperam *Tr. vol. 1. D. 11. th. 5. lit. A.* & alii exiſtimant. *Don. ad § 1. I. h. t. n. 9. Coraſ. 1. miſcell. 22. Pac. cent. 2. q. 72.* (n) Adverſus eum, qui pecuniam accepit, ut alicui in judicio per calumniam negocium faceret, vel non faceret, *§ 25. I. h. t. l. 1. pr. ff. de calumniat.* ſufficit enim pecuniam accepiſſe, quamvis nondum fecerit, *l. 3. § 1. ff. d. t. Foman. d. D. th. 5. lit. C.* (o) In quadruplum ejus, quod injuſtè à litigantibus extorſerunt *d. § 25. I. h. t. & ibi Theoph.* Quadruplum autem illud totum ad actorem pertinet, ut contra *Gloſſ.* recte Dd. communiter tenent. *Schneid. ad d. § 25. n. 25.* Q. Si ſtatuto, aut conſuetudine taxata ſint viatorum ſalaria, & ii ſummam præfinitam excedant, an nihilominus huic actioni & pœnæ locus ſit? Quod A. niſi ſtatutum ſimul certam pœnam expreſſerit, ut recte docet *Zaſ. ad d. § 25. & Schneid. n. 26.*

## *VI.*

IV. Actionum diviſio eſt, (a) quod vel bonæ fidei ſint, (b) nempe actio emti, venditi, locati, conducti, negociorum geſtorum, mandati, depoſiti, pro ſocio, tutelæ, commodati, pignoratitia, familiæ erciſcundæ, communi dividundo, (c) præſcriptis verbis (d) de æſtimato, (e) & ex permutatione, (f) hereditatis petitio, (g) & actio ex ſtipulatu de dote: (h) vel ſtricti juris, (i) vel arbitrariæ, (k) tam in rem, (l) quam perſonam, ut actio

de dolo

de dolo, (m) quod certo loco (n) ad exhibendum, (o) & ſimiles. (p)

(a) § *28.I.h.t.ibiq; Schneid.n.4.Arum.Ex.18.th.10.* Quæ non tàm à formulis, quod *Vult.& alii* exiſtimant, quam negocii ipſius qualitate deſumta, *Gœdd. de contrah.ſtip.c.8.n.3.& ſeqq.Timæ Fab.d.D.27.th.8.lit.A.* etiam hodie adhuc obtinet, *Vult.ad* §*.28.I.h.t.n.2.Hunn.d.lib.4.var.reſ.part.3.q.22.* & Jure Can.ſublata non eſt, *arg.c.venerabilis 6.extr.de except.c.cum Eccleſia 3.extr.de cauſ.propriet.& poſſ.c.f.extr.depoſ. Weſ.ad d.*§ *28.n.1.Vult.n.8.Gœdd.d.c.8.n.24.Bronch.cent.1.miſcell.aſſ.54. Arũ.Ex.18.th.f.Forſt.d.p.2.D.1.th.4.lit.C.Paul.Ber.D.16.th.1.q.3.* nec pacto mutari poteſt; quia privatorum pactis actionum natura à lege ipſis data mutari non poteſt, *l.27.ff.de R.I.Gœdd.d.c.8.n 25.Forſt.d.th.4.lit.C.Hœnon.D.21.th.1.lit.B.And.Gerh.D.18.q.5.& 6.* (b) In quibus judici permittitur libera poteſtas æſtimandi inter litigantes, quid alterum alteri ex æquo & bono præſtare oporteat, § *30.I.d.t.&* § *f.ſupra de oblig.ex conſenſ.* Nam bona fides, hic nihil aliud, quam æquum & bonum ſignificare videtur, *l.2.*§ *f.ff.de O.& A.d.*§ *f.I.de oblig.ex conſ.juncta l.1.*§ *1.ff.de act.emt.& l.45.*§ *1.ff.locat.Vult.ad d.*§ *28.n.10.Bronch.cent.4.aſſ.32.* quod in negociis, ex quibus hæ actiones oriuntur magis attenditur, quam in reliquis, ut docet *Gœdd.d.c.8.n.3.& ſeqq.Timæ.Fab.d.th.8.lit.B* Enumerantur autem in *d.*§*.28.* actiones b.f. omnes, ut apparet, ex eo quod non tantum ait: bonæ fidei ſunt hæ &c. ſed etiam eas adjungit de quibus dubitatum olim fuit, *d.*§ *28.inf.&* § *ſeq.Don.ad d.*§ *n.39.Vult.n.12.Arumn.Exerc.18.th.13.Forſter.d.D.1.th.4.lit.C.* (c) *d.*§ *28.* & de iis *Diſputat.11.12.13.& 14.* dictum. Illud hîc notandum ſub actione negotiorum geſtorum, mandati depoſiti tutelæ, dati, & pignoratitia contrarios quoq; comprehendi, *Giph.ad d.*§ *28.ibiq; Don.n.36.Hœn.d.D..th.1.lit.A.* & ſub actione emti, venditi, vel locati conducti, emphyteuticariam contineri: quemadmodum & contractus emphyteuticus à veteribus modò ad emtionem modò ad locationem relat⁹ fuit, § *3.Inſt.de locat.cönd.Don.ad d.*§*.28.n.39.Adde ea quæ ſupr.D.13.th.7.l.D.dicta ſunt.* (d) *Hotom.& Giph.ad d.*§ *28.in h.t.* exiſtimant, omnes actiones præſcriptis verbis bonæ fidei eſſe. Sed verius eſt, duos tantum, de æſtimato & ex permutatione tales eſſe, reliquas autem ad actiones ſtricti Juris pertinere: quia alias fruſtra & tautologicè duas iſtas actionum præſcriptis verbis ſpecies nominatim expreſſiſſet Imp. *Gloſſ.*

*ad d.*

add.§.28.ibiq; Mynſ.n.8.Vult.n.12. & 44. Timæ. Fab. d D.27.th.9. (e) cui tùm locus eſt, cum res ęſtimata vendenda datur, ut accipiens vel rem ipſam incorruptam, ut æſtimationem, de qua convenit, reddat, l.1.§ 1. ff.de æſtim. actio, ſive vendiderit, rem, ſive ipſe eam retineat. Nam & hoc accipienti licere putamus cum Cujac. in ϖ.ff.d.t.de æſtim. Vult.l.1. Iuriſpr.Rom.c.41.n.7. Periculum etiam ad eam, cui res data eſt, pertinet. d.l.1.§ 1.ff.de æſtimat.l.5.§3.ff.commod. ſecundum diſtinctionem tamen Ulp. in l.17.§ 1.ff.de præſ. verb. Oldend.Claſ.4.act.3.in fin. Tr.vol.1.D. fin.th.2.l.E. Adde Con.7.comm.15.n.4. (f) Quæ ei competit qui rem ſuam animo permutandi dedit, ut viciſſim aliam rem ab altero acciperet, l.1.ff.de rer.permut. ſi videlicet ſpeciem certam cum certa ſpecie commutandam dederit, arg.l.1.l.4.l.7. C. de rer.permut. Nam ſi genus cum genere, aut genus cum ſpecie, non propriè permutatio, ſed contractus do ut des, eſſe videtur, l.5.§1.& 2.ff.de præſc. verb. Gloſſ.ad d. l.1.C. de rer.permut. Weſ. in ϖ.ff.d.t.n.10.Treut.d.D.fin.th.4.l. C.Foman. D.24.in corol.1.l.H. (g) quæ eſt actio in rem l.25.§18.ff.d.t.de hered.petit. l.27.§3.ff.de R.V.Tr.vol.1.D.14.th.2.lit.B. qua heres hereditatem ab eo, qui pro herede vel poſſeſſore eam poſſidet, ſibi reſtitui petit. l.9.ff.d.t. de hered.pet. Et hanc actionem etiam olim pro bonę fidei Judicio habitam fuiſſe, apparet ex l.42.ff.de mort.cauſ.donat. & L.38.ff.h.t. Quam vis dubitatum, de eo fuerit, d.§ 28.in fin.& l.ult.C.de hered.petit.Gœdd.d. c.8.n.32.& Bach.ad Tr.d.D.14.th.4.lit.E. (h) Qua agit maritus ad promiſſum ſibi dotem conſequendam, conſtante matrimonio; vel mulier aut parens ejus ad eam repetendam, matrimonio diſſoluto l.un. C.de rei uxo. act. & hæc actio conſtitutione Juſtin. bonæ fidei effecta eſt, transfuſa in eam actione rei uxoriæ, quæ & ipſa olim bonæ fidei erat, d.l. un.& §.29.Inſt.h.t. Aliud autem obtinet, ſi extraneus dotem pro muliere, dederit, eamq; ſibi reddi expreſsè ſtipulatus ſit. Nam tum ſtricti Juris eam eſſe ferè communiter placuit, Gloſſ.ad l.2. in verb. nec cogitur &c.ff.ſolut.matr.Schneid.ad d.§ 29.n.13. Cæterum huic actioni Juſtin. privilegium dedit, reſpectu mulieris, ut ſi ea agat, jus tacitę hypothecæ habeat, & pręferatur omnibus mariti creditoribus etiam expreſſam anteriorem hypothecam habentibus, arg.d.§ 29.l.ult.C.qui pot.in pigno & l.penult.C.de Iur.dot. qui textus generales ſunt, nec inter tacitam & expreſſam hypothecam diſtinguunt. Borch.ad d.§ 29.n.9. Uſill.n.27.Mynſ.cent.4.obſ.13.Fach.9.contr.99.Vacon.à Vacun.6. de clar.

92.Treutl.

92.*Treutl.vol.2.D.24.th.7.lit.B.* (i) In quibus Judicis poteſtas conventioni adſtricta eſt, ut eam judicando excedere nequeat, *l.7.ff.de negoc.geſt.l.99.ff.de V.O. Don.add.§ 28.n.13.* Differunt enim hæ bon.fidei actiones ab actionibus, quod in illis laxa ſit judicis poteſtas, in his adſtrictior, *§.30.I.d.t.* II. Quod in illis uſuræ & fructus à tempore moræ debeantur, *l.32.§.2.l.17,§.3.& 4.ff.de uſur.l.3.pr.ff.d.t.* in his fructus à tempore litis conteſtatæ, *l.38.§.7.ff.d.t.* uſuræ verò non aliter, quam ſi ſtipulatione de iis cautum fuerit, *l.3.C.de uſur. l.6.in f.juncta l.ſeq.ff.de neg.geſt.Don.add.§.n.31.Gomeſſ.n.18.Cujac. 22.obſ.16.Gœdd.de contr.ſtip.c.11.n.121.Bronch.cent.2.aſſ.86.Forſt.d.th.4.lit.B.* Plures differentiæ inter actiones bonæ fidei & ſtricti juris videri poſſunt apud *Mynſ.add.§.n.10. Schneid.n.19.& ſeqq.Don.n.25.& ſeqq.Vult2.I.R.4.n.70.& ſeqq.* (k) Quæ ab arbitrio judici dependent, ita ut ſi huic ſatisfiat, abſolutio, ſin minus, condemnatio ſequatur, *§.31.I.h.t.* In his enim actionibus regulariter præcedit arbitrium ſeu juſſus judicis, & ſequitur ſententia vel abſolutoria, vel condemnatoria, ex æquo & bono tamen, ſecundum cujusq; actionis naturam temperata *d.§.31.inf.& ibi Don.Arum d. Exerc.th.12.* Sunt autem hæ actiones, neq; bonæ fidei, neq; ſtricti juris, ſed ſeparatam ab iis ſpeciem conſtituunt, *arg.d.§31.l.5.ff.de in lit. jur.l.3.§1.ff. de uſur.Donell. d.§ 28. num.5.& d.§ 31. num.1.Coraſ.4.miſc.12.n.f.Arum.d Exerc.th.11.Forſt.d.th.4.q f.Treutl. vol.1.D.11.th.5.lit.B.ibiq; Bach.* (l) ut ſunt actio Publiciana, Serviana, quaſi Serviana &c. *d.§.31.* de quibus ſupra actum. (m) Quæ datur adverſus decipientem aliquem dolo malo, in id quod intereſt actoris ſed deceptum non eſſe *l.1.pr.l.18.§ 4.ff.de dolo malo.* Eſtq; hæc actio ſubſidiaria, quæ non facile datur niſi omnibus aliis remediis deficientibus *d.l.1.§3.ff.d.t.l.2.C.eod.l.pen.§1.ff.de reſtit.in integ.Treutl. d.D.th.6.l.E.ibiq; Bach. Adde Hunn.4.var.reſo.p.8.q.f.* (n) Qua id quod certo loco ex ſtricta actione dari debuit, alio loco peti poteſt, facta loci ejus commemoratione, quo peti debuit, *l.un.C.ubi conven.qui cert.loc.&c.* Q. An ut loci, ita temporis quoq; adjectio faciat actionem arbitrariam? Quod N. quia propter locum adjectum neceſſaria fuit ejusmodi actio, cum ſtricto jure agi alibi non poſſet, *l.1.ff. de eo quod cert.loc.* At ſi tempus adjectum fuerit, lapſo eo ipſo jure actio competit & agi poteſt, *§ 2.I.de V.O.Paul.Berenſ.d.D.16.th.1.q.2.Tr.vol.1.D.23.th.6.lit.D.ibiq; Bachov.* (o) Qua is cujus interſt petit ut res exhibeatur, ejusq;

vidente & apprehendendæ copia fiat, *l.2. & l.3. ff. ad exhib. Vult. ad d. § 31. n. 17. & ſeqq.* (p) Quæ videri poſſunt apud *Vult. d. lib. 2. I. R. c. 4. n. 53. Coraſ. ad d. § 31. n. 12. & alios.*

## *VII.*

In omnibus autem actionibus (a) judex certam ſententiã ferre debet: (b) & actor debitam duntaxat quantitatem, non plus re, (c) tempore, (d) loco (e) vel cauſa, (f) petere: (g) minus, vel unum pro alio petere non nocet. (h)

(a) Non arbitrariis tantum, ut putat *Weſ. ad § 32. I. h. t.* Sed etiam b. f. & ſtricti juris: quia & in his nonnunquam ad id quod intereſt, adeoq; incertum agi poteſt, *l. 1. pr. ff. de act. em. § ult. I. de V. O. l. 68. ff. eod. l. ult. ff. ſi quis in jus voc. &c. Coraſ. ad d. § 32. n. 1. Don. 5. Vſill. n. 31.* (b) *d. § 32. I. h. t.* Judicis officium eſt lites dirimere, *l. 21. ff. de reb. cred.* & ſententia ſua finem controverſiis imponere, *l. 13. § 2. ff. de recep. arb. c. finem. 5. extra de dol. & contum.* quod incerta vel ambigua ſententia fieri non poteſt, quæ ob id ipſo jure non valet, nec rei judicatæ autoritatem habet, *l. pen. & ult. C. de ſent. quæ ſit cert. quant. Coraſ. d. n. 1. Don. n. 3* Idq; etiam tum cum de incerta quantitate apud eum actum eſt, *d. § 32 & ibi Coraſ. n. f. Don. n. 5.* Niſi tamen rei petitæ præſtatio pendeat ex electione debitoris: velut in obligatione generis, aut alterativa, vel etiam actionibus noxalibus. Nam in his generalis vel alternativa adeoq; incerta ſententia omnino ferenda eſt, *§ 33. verſ. hinc autem h. t. l. 32. § f. ff. de condict. indeb. l. 10. § ult. ff. de jur. dot. § 1. in f. I. de offic. jud.* ne alias electio condemnato auferatur, *l. 6. § 1. ff. de re jud. Coraſ. ad d. § n. 2 & Don. n. 6.* (c) Majorem quantitatem, quam debet, puta pro 10. aureis 20. *§ 33. I. h. t.* Quod ſi tamen rem cum fructibus vel intereſſe quis petat, quamvis poſtea non debeantur, in pœnam plus petitionis non incidit, ut rectè *Zaſ. ad d. § 33. verſ. plus autem n. 1. & Schneid. n. 1.* Q. An clauſula, ſalvo jure ſuperflui, libello adjecta, à pœna plus petitionis excuſet? Aff. *Zaſ. ad d. § verſ. plus autem n. 2. & Schneid. d. n. 1.* Sed negativa verior eſt: quia proteſtatio facto contraria nihil operari debet, *arg. l. 21. ff. de acquir. hered. & c. 54. in f. extra de appellat.* (d) Præmaturè i. e. ante diei vel conditionis eventum, *d. § 33. verſ. plus autem ibiq; Don. Zaſ. & Schneid. n. 3. Foman. D. 31. th. 2. lit. E.* (e) Actio loco, quam quo debetur, abſq; ejusdem commemoratione *d. § 33. verſ.*

*loco plus.*

*loco plus. & ibi Don. & Schneid.n.4.* (f) In alternativa obligatione alteram tantum partem, vel in obligatione generis unam tantum ſpeciem, *d.§.33. verſ.hinc autem & ibi Zaſ.& Schneid.n.5.& ſeqq.* (g) Nam ſi uno horum modorum plus petierit, in pœnam plus petitionis incidit, quę jure veteri erat cauſa cadere, ſive litem perdere, *d.§33.pr.* hodie vero ſi quis tempore plus petiit ex conſtitutione Zenonis duplicantur induciæ, quas reus ad ſolvendũ habebat, nec etiam poſt illud tempus aliter admittitur, quam reo expenſæ litis reſtitutæ fuerint *d.§ 33.& §.pen.verſ.hodie inf.de except.l.1.C.de plus pet.& c.un.extr.eod.* Quæ pœna etiam locum habet, cum ante conditionis eventum, quid petitum eſt *arg. d.§ 33.& d.c.un.extr.de plus pet. Zang. de except.part. 2. c. 10. n.8.Illic. Umm. D.8. ad proceſſ.th. 4. n. 27.* Reliquis vero modis ſi quis plus petiit, ex Conſt. Juſtin. triplum damni, quod ex ea petitione ſenſit reus, eidem reſtituere compellitur *d. §.33.in f.& l.2.C.d.t.de plus petit.* uno caſu excepto, quo adhuc jus vetus obtinet, ut quaſi cauſa cadat, *l.3.C.d.t.de plus petit.* (h) *§.34.& 35.I.h.t.n.* Nam cognita veritate in eodem judicio errorem ſuum corrigere permiſſum eſt, *d.§.35.* Proinde & libellum non emendare tantum, ſed & mutare, tam ante quam poſt litem conteſtatam, ad ſententiam uſq; licet, *arg.d.§35.l.4.§ ult.ff.de noxal.act.l.18.§.f.ff.de vi & vi arm.* Sed ita tamen ut mutatio fiat juxta autoritatem & æquitatem jus dicentis, *l.3.C.de edend.* ut reus indemnis ſervetur, *l.79.ff. de judic. Eguin. Baro & Don.ad d.§.34.I. h. t. & 23.com.5.ibiq. Hillig.Vacon.à Vacun.6.declar.89. Phil.Matth.ad l.86. n.20.& ſeqq.ff.de R.I. Arum.Ex.9.th.5.Illic.Umm.D.6.th.16.n.75.& duob. ſeqq. Ungep. Ex.15.q.7.Hœnon.D.21.th.3.* Q. An actionis nomen in libello exprimendum ſit? Quod negatur tam jure civili, *arg.l.14.§.2.ff. de except.rei jud.& l.17.C. de dignit.lib.12.* quam jure Canonico *c. dilecti 6.extr.de judic.* quia ex cauſa petendi & medio concludendi intentatæ actionis qualitas ſatis colligitur, *Vacon à Vacun.lib.6.declar.88.Bronch. cent.2.miſc.aſſ.55.Illic. Umm.d.D.6.th.11.n.51.ſub.f. Ungep. d. Exerc. q. 6. Bach.ad Tr.D.4.th.10.lit.C.*

## *VIII.*

V. Actionum diviſio eſt, quod quædam ſolidum perſequantur, quod petunt, (a) quædam non ſemper ſolidum, ſed interdum minus; ut actio de peculio, (b)

**de dote, (c) actio contra parentem, patronum, donatorem, ſocium, (d) eum qui bonis ceſſit, (e) & cui compenſatio opponi poteſt. (f)**

(a) Cujuſmodi ſunt actiones omnes præter hic exceptas. *Coraſ. ad §.36.I.h.t.& Don.n.1.* (b) Si videlicet peculium non ſufficiat debitis omnibus tum enim non in ſolidum, ſed quatenus vires peculi patiuntur hæc actio competit, *d.§.36.& §.10.ſup.h.t.§4.inf.tit.ſeq.* (c) Nam ſi maritus, vel etiam liberi communes ſeu ejuſdem matrimonii, *l.18. pr.ff.ſol.matrim.* (ad alios enim heredes beneficium hoc non pertinet, *l.12.ff.d.t.l.15.ff.de re judic.* imo ne ad nepotes quidem, ut docet *Schneid. ad §.37.n.9.*) à muliere, vel alio ejus nomine, *l.32.ff.d.t.ſol.matrim.* conveniantnr, non in ſolidum, ſed in id quod quod facere poſſunt, condemnandi ſunt, *§.37.I.h.t.l.12.& l.ſeq.ff.ſol.matrim.* alimentorum ratione habita, ne egeant, *l.19.in f.ff.de re jud.l.173.pr.ff.R.I.* Idq; non in dotis tantum, ſed & aliorum contractuum actionibus inter conjuges obtinet, *l.17.§.1.ff.ſol.matrim.l.20.ff.de re jud.* Ad ſocerum quoq; uxoris & mariti, quando de dote promiſſa danda, vel reſtituenda convenitur, extendendum eſt, *l.15.§.f. d.l.17.pr.ff.d.t.ſol. matrim.l.21.ff.de re judic. Schneid. ad d.§.37.n.11.Connan.8. Comm.9. Arum. D.ad ff.15.th.f. Adde Coraſ.ad.§.37.n.2.Vult.n.14. Duar.ad d.l.17.ff.ſol.matrim.Coſtal.ad l.pen.ff.de jur.dot Pac.cent.5. ἐναντ. q.46.* (d) *§.38.I.h.t.l.16.l.17.ff.de re jud.* Donator autem & ſocius non aliter, quam ſi ille ex liberalitate ſua nondum tradita *l.41.§.1.ff.d.t.* Hic ex ſocietatis cauſa conveniatur *d.§.38.& l.63.ff.pro ſocio.* Illud non intereſt omnium bonorum ſocius ſit, an certæ alicujus rei, *d.l.36.pr.* niſi forte in eo ut ille quacunq; actione quæ tamen ſocietatis cauſam concernat, hi vero tantum ſocietatis judicio conventus hoc beneficium habeat ut vult, *Coraſ.ad d.§.38.Vult.n.15.Schneid.n.4.Foman.D.31.th.8.lit.B.* Idem privilegium & inter fratres locum habet, *arg.l.63.pr.ff.pro ſocio. Don.ad d.§.38.n.3.Coraſ.n.1.Vult.n.11.Hœnon.d.D.th.4.lit.C.* Militi quoq; qui ſub armata militia ſtipendia meruit expreſſe tribuitur in *l.6.& l.18.ff. de re judic.* An & Advocatis, Doctoribus & Clericis? Neg. *arg.dd. text.* ubi expreſſe fit mentio militis armatæ militiæ. *Duaren.ad d.l.6. Schneid.ad d.§.38.n.2.Hœnon.d.th.4.lit.C.* Q. An nobiles hoc beneficio gaudeant? Neg. *arg.l.9.C.de S.S.Eccleſ.Duar.ad d.l.6.Covar.2.V. R.l.n.4.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-581979-p0022-1

*R.1.n.4.* (e) *§.f.I.h.t.l.4.ff.de bon.ceſſ.* Si videlicet à creditoribus, quos ante ceſſionem habuit, conveniatur. Nam ex contractu poſt ceſſionem inito conventus, in ſolum condemnandus eſt, *l.3.C.de bon. ad poſſ.Coraſ.ad d. §.f.n.4.Mynſ.n.4.Föman.d.D.th.11.lit.A.* Ad beneficium autem hoc ceſſionis non admittitur, qui ei renunciavit, & cum creditore ſuo pactus eſt, ſe bonis non ceſſurum, *arg.l.pen.C.de pact. l. ult.C.qui bon.ced.poſſ.Hœnon.d.D.th.4.lit.D.Foman.d.D.th.f.lit.C.* Is vero qui negavit ſe debere, & poſtea confeſſus eſt debitum, beneficio hoc uti non prohibetur, *arg.l.1.C.qui bon.ced.Hœnon.d.D. th. 4. lit. D. Foman.d. D. th.pen. lit.C.* (f) Compenſatio enim jure ipſo actiones minuit, *§.30.& §.pen.I.h.t.Vide ſupra D.14.th.pen.lit.K.*

## I X.

Conveniri quis poteſt, non ſuo tantum nomine, ſed etiam alieno, (a) vel ex contractu, unde eſt actio quod juſſu, (b) Exercitoria, (c) Inſtitoria, (d) Tributoria, (e) de peculio, (f) & in rem verſo: (g) vel delicto, eoq; proprie dicto, unde actio noxalis, (h) vel improprie, unde de pauperie, (i) Actio Ædilitia. (k)

(a) *pr.I.qui cum eo qui in al. pot.& ibi Giph.* Sed hic notandum actiones haſce ex contractu, vel etiam delicto alieno competentes, non eſſe diverſas & ſeparatas actionum ſpecies, ſed adjectitias quasdam qualitates, aliis principalibus actionibus appoſitas: veluti actio ex emto, quod juſſu, actio mandati, de peculio, actio noxalis furti, l. Aquiliæ &c. *Eguin.Baro ad d.pr.Vult.n.2.& ſeqq.* [illegible] *ſ.in pr.ff.de noxal.act.n.4.* (b) Quę datur in ſolidum adverſus patrem vel dominum, ex quovis contractu filii vel ſervi, ejus juſſu celebrato, *§.1.I. d.t.quod cum eo qui in al. &c.* Jubere autem intelligitur & qui mandat, aut ratum habeat, *l.1.§.6.ff.quod juſſu.* Item qui ſubſcribit & obſignat contractum filii vel ſervi, *d.l.1. §. 4.Weſ.ad d. §. 1.I. quod cum eo.Pac. cent.4.q.71.Bronch. cent. 2.aſſ.100.* non etiam qui ſcit tam[illegible] & patitur, *arg.d.l.1.§.5.Don.ad t.C.quod cum eo, qui in al.&c.n.7.& 8.Hœnon.D.20. th.5.lit.B.* (c) Quæ competit adverſus exercitorem, de eo quod cum magiſtro, vel pro magiſtro navis, ejus rei gratia, cui præpoſitus fuit contractum eſt, *§ 2.I.d.t.quod cum eo &c.l.1.§ 7. & § 20.ff.de Exerc. act.*

*act*. Ea directa tantum eſt & utilis, non etiam contraria, *d.l.1.§ 18.ff.d.t Iac.Cramer.Diſcept.23.th.3.& Hœnon.d.D.th.5.lit.C.*] Et competit in ſolidum, adeo ut ſi plures navim exerceant, cum quolibet eorum in ſolidum agi poſſit, *l.1.§f.l.2.&l.4.ff.d.t.Pac.cent.4.* ἐναντ. *q.52.Forſt.d.part.2.D.6.th.8.lit.D. Foman.d.D.32.th.2.lit.C.* Notandum tamen quod ſi pecunia mutuo data ſit in cauſam quæ ex propoſitione per conſequens pendebat, non aliter in ſolidum exercitorem obligari, quam ſi creditor probet, ſe eam idoneo loco & tempore, & non ultra neceſſitatem magiſtro navis credidiſſe, *l.f.ff.de Exerc. act.* in ea vero pecunia, quæ minorenni, civitati, eccleſiæ data eſt, etiam in rem verſam eſſe probare poteſt, *auth. hoc jus porrectum in f. C. de SS. Eccleſ. Coſtal. in l.27.ff.ſi cert.pet.Fachin.2.contr.76.Treutl.vol.1.D.24.th.6.lit.I.* (d) Adverſus eum, qui inſtitorem tabernæ, aut alicui alteri negotiationi præpoſuit, de eo, quod cum inſtitore ejus rei gratia contractum fuit, *d.§ 2.I.quod cum eo & c.l.1.l.2.l.3.de inſtit.act.* Inſtitor autem eſſe poteſt etiam pupillus & fœmina, *l.7.§1.& 2.l.8.ff.d.t.* non etiam Nobilis absq; nobilitatis ſuæ derogatione: quia inſtitoris officium potiſſimum in mercatura conſiſtit, *l.4.ff.d.t.* quæ nobilibus interdicta eſt, *l.3 C.de commerc. & merc. l.6.C.de dignit.Mynſ.cent.6.n.54.Cramer.d.diſcurſ.th.6.* Hic controvertitur an morte præponentis, finitur inſtitoris præpoſitio? Neg *per l.5.§pen.l.17.§2.l.pen.ff.de inſt.act.& ibi Weſ.in* π *n.4.Foman.d.D.th.3 lit.C.Treutl.d.D.th.7.lit.E.ibiq; Bach.* Q. An inſtitores ex contractu tempore præpoſitionis celebrato, poſt illud finitum etiam conveniri poſſint? Quod negandum videtur *per l.ult.ff.d.t.& ibi Weſ. in* π *n.6. Duar.c.4.Bronch.cent.1.aſſ.52.Treutl.d.D.24.th.7.in f.Forſt.d.D.6.th.9.lit.D.Hœnon.d.th.5.lit.D.* (e) Quæ datur creditoribus ſervi vel filiif. qui in merce peculiari, ſciente domino, vel patre negociatus eſt, adverſus dominum vel patrem, ad hoc ut æqualis diſtributio fiat inter creditores & dominum vel patrem: aut ſi inæqualiter diviſio facta ſit, diſtributionis iniquitas corrigatur, *§3.I.d.t.Foman.d.D.th.4.Tr.d.D.th.8.ibiq; Bach.* (f) Quæ ex contractu ſervi vel filii competit adverſus dominum vel patrem, quatenus vires peculii patiuntur, *§4.I.d.t.& § 10.de Action.* Idq; ſive ignoravit Dominus vel pater, ſive ſcivit: ſufficit enim non juſſiſſe, *arg. eorum quæ ſupra hac ipſa th.lit.B. dicta ſunt. Bach. ad Treutl.d.D.th.10.lit.K.* Et tenetur hac actione dominus vel pater etiamſi nominatim prohibuerit cum

ſervis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-581979-p0024-3

ſervis vel filiis contrahi, *l.29.* & *l.47.pr.ff.de pecul.Cram. d.Diſc.23.th.10.*
(g) Ex contractu filii vel ſervi, adverſus dominum vel patrem, quatenus in rem ejus verſum eſt, *d.§4.I.quod cum eo &c.* etiamſi poſtmodum verſum eſſe deſierit, *l.3.§7.§8.* & *§ult.l.17.pr.ff.de in rem verſ. Borch.ad d.§4.I.n.9.* & *10.Pac.cent.4.q.68.Hœnon.d.D.20.th.5.lit.F.Foman.d.D.th.6.* Aliud dicendum ſi ſervus vel filiusf. pecuniam accipit, quaſi in rem domini verſurus, neq; vertit, adeoq; creditorem decepit. Nam eo caſu actio hæc locum non habet, *d.l.3.§9.Hœnon.d.th.5.lit.F.*
(h) Quæ ex delictis ſervorum datur adverſus dominū ut vel ſervum noxæ dedant, vel damni æſtimationem præſtent, *pr.I.de nox.act.* & *l.1.ff.eod.* Delicta autem hic intelligenda ſunt vera, non quaſi; quia ex his actio de peculio naſcitur, *l.42.ff.de furt.* & quidem privata, non publica crimina, ex quibus ſervi ipſi accuſantur, *l.12.§4.ff.de accuſ.* & *l.2.C.eod.* Q. An hæc actio etiam contra b.f. poſſeſſorem competat? Quod Aff. *per l.28.ff.de nox.act.Weſ.in π.C.h.t.n.9.Hœnon.d.D.th.6.lit.B.Niell. D.31.th.6.lit.A.* (i) Contra dominum, cujus animal pauperiem fecit, ut is vel damni æſtimationem præſtet, vel animal noxæ dedat, *pr.I.ſi quadrupes paup.* Eaq; vel directa eſt, quæ tantum in quadrupedibus quæ pecudum appellatione continentur, locum habet, *l.1.pr.ff.d.t.* vel utiles quæ ad reliqua animalia pertinet *l.pen.ff.eod.* Q. An quadrupedem in agro inventam, & damnum dantem includere liceat? Neg. *per l.39.§f.ff.ad l.Aquil.* niſi eatenus forte ut intelligatur, quis dominus ſit quadrupedis, *arg.l.25.ff.ad l.Iul.de adult.Weſ.in π.ff.ſi quadrup.paup. n.6.Treutl.vol.1.D.18.th.2.lit.C.Hœnon.d.th.6.lit.C.Niell.d.D.th.8.* (k) Quæ adverſus eum, qui canem, aprum &c. in itinere publico habuit, competit, ut ſi homo liber ex ea re perierit, 200. ſolidi, ſi nocitum ſit, quantum æquum judici videbitur; in cæteris vero rebus duplum damni dati præſtetur, *§f.I.d.t.l.40.cum 2.ſeqq.ff.de ædil.edict.* Q. An hæc actio etiam locum habeat, ſi ſerpentum aut ſimilium animalium, qualia circulatores circumferre ſolent, metu forte damnum datum ſit? Neg. *per l.ult.ff.de extra.crim.Menoch.2.A.I.Q.cent.4.caſ. 336.Treut.vol.2.D.2.th.4.lit.C.Niell.d.D.th.7.* Concurrit autem cum hac actione Ædilitia etiam utilis actio de pauperie. Nunquam enim plures actiones præſertim pœnales de eadem re concurrentes alia aliam conſumit, *d.§f.in f.I.ſi quadrup.* &c. *l.pen.ff.de O.* & *A.l.2.ff.de priv.de-*

priv. delict. l.130.ff.de R.I. Si videlicet ex pluribus factis & pluribus delictis oriantur, *l.27.ff.ad l.Aquil.Borch. ad d.§f.n.10.* Nam ſi ex uno facto delictoq; , aut uno facto & pluribus delictis , diverſæ actiones oriantur, una electa, altera conſumitur; niſi ſi quid amplius in ea fuerit, *l.1.ff.arb.furt.cæſ.l.34.pr. l.53.pr.ff. d.O.& A. l.15. § 46.& l.25.ff.de injur. Phil.Matth. ad l.43 § 1.ff.de R.I.n.7.& ſeqq. Adde Eguin.Baron.ad d.§f.I.ſi quadrup.&c. Cujac.8.O.24. Hotom.Ill.quæſt.29.*

## X.

Agere quis etiam poteſt tam ſuo, quam alieno nomine: (a) puta procuratorio, (b) in civilibus cauſis regulariter, (c) in criminalibus ſi pœna relegatione minor. (d) Sed ita demum ſi ſatis dederit, (e) actor quidem intra duos à tempore porrecti libelli menſes, ſe litem conteſtaturum, in judicio ad finem permanſurum, & ſi ſuccumbat expenſas ſoluturum, (f) Procurator ejus de rato: (g) Reus vero judicio ſiſti, (h) Procurator judicatum ſolvi. (i)

(a) Olim nemo alieno nomine in judicio experiri poterat, niſi 4. caſibus pro populo, pro libertate, pro tutela, & pro furto eorum nomine, qui apud hoſtes, vel reip. cauſa abeſſent. Hodie in omnibus fere cauſis permiſſum eſt, ut qui ipſe rebus ſuis ſupereſſe vel nolint, vel nequeant, per alios agere & conveniri poſſint, *pr. I.de iis, per quos agere &c. l.1.l.33.ff.de procur. Hunn. 4.V.R.part.5.q.1.* Imo moribus paſſim receptum eſt, ut nemo ſuo nomine, ſed tantum per procuratorem litigare in judicio poſſit. *Giphan. ad d.pr. de iis per quos agere &c.* (b) Procurator eſt, qui aliena negocia in judicio, mandato domini adminiſtrat, *§1.in f.I.d.t.de iis, per &c. l.1.pr.ff.de procur.* isq; tam à parte rei, quam actoris, *arg.d.§1.in f.* Defenſor vero à parte rei, vel etiam actoris, quatenus reus eſt in reconventione, *l.15.§f.d.l.33. §3.l.43.§ 4. de procur.* & quidem plerumq; ſine mandato, *d. l. 43. § ult. l.46.§1.l.76.ff.d.t.* nonnunquam tamen & cum eo, *l.8.§ult.d.l.33. §3.l.35.pr.& § pen.ff.d.t. Weſ.in ϖ.ff.de procur.n.11. Il. Umm. D.3.ad Proceſſ.th.1.n.3. Adde Cujac. in ϖ.ff.& ibi Duar.c.2.in f. Treutl.vol.1.D.9. th.1.*

*th.1.lit.C.* Conſtituere autem procuratorem poteſt dominus, qui perſonam ſtandi in judicio habet, & quidem quemvis non prohibitum *d.l.43.§.1.ff.de procur.* Inter prohibitos autem numeramus etiam infames, ſi notoria ſit infamia, alias ſecus, *arg. §f.I. de except. Bach. ad Tr. d.D.th.6.lit.F. Adde Ilic. Umm.d.D.th. 4.n.19.* Illud non intereſt tacito an expreſſo conſenſu, ſciente, an ignorante adverſario procurator, verbis, vel alio modo expreſſo conſtituatur, *d.§1.I.h.t.& ibi Giphan.& Baro VVeſ.in ϖ.ff.de procur.n.6.* (c) etiam famoſis, *l.6.§2.ff.de his qui not.inf.l.42.§1 ff.de procur.l.1.verſ.plane ff. an per alium cauſ.appellat.Ilic. Umm.d.D.th.5.n.26.* Et popularibus à parte rei, non actoris, *l.5.ff.de popul.act.* niſi is de privato ſuo damno agat, *l. 42.pr.l. 45.§1.ff.de procur.& ibi VVeſ.in ϖ n.5.Don.18.com.c.10.& ibi Hillig.lit.B.Hunn.d.part. 5.quæſt 3.* Excipitur cauſa ſtatus, cum quis ex ſervitute in libertatem ſe vindicare conatur: hinc enim per procuratorem litigare expreſſe interdicitur, *in l.1.C.de aſſert. toll. Pac. cent. 2. ἐναντ. q.39. Hunn.d. part. 5.q.2.Treutl.d.D.th.1.lit.E.ibiq; Bach.* d) Puta pecuniaria *l.10.ff.de pœnis. Gœdd.de contr.ſtip.c.6.n.147.* quo caſu etiam in publicis criminibus procuratorem intervenire poſſe verius eſt, *l.1.ff.an per al. cauſſ.appell.red.poſſ.l.15.C.de accuſ.Fach.1.contr.25.Il.Umm.d.D.th.5.n.28.* Quod ſi pœna relegationis, *d.l.1.ff.d.t.an per alium &c.* ubi Particula Usque incluſive, non excluſive accipienda eſt, *arg.l.f.§1.ff.de ſenat.& l.1.§12.in f.ff.de extra.cogn.Fachin.d.lib.1.c.26.Umm.d.th.5.n.28.* vel alia major pro crimine imponenda, procurator non amittitur, *l.pen.§.ult.ff.de publ.judic.* neq; ad agendum, ob inſcriptionem, *d.l.15.C.de accuſ.c.5.extr.de procur.* neq; ad defendendum, quia rei præſentia ad veritatem eruendã omnino requiritur, *arg.l.10.§pen.ff.de quæſt.* niſi ad cauſas abſentiæ allegandas, *l.10.& d.l.pen.§.ult.ff.de publ.jud.l.33.§2.ff.de procur.l.3.C.de accuſat.Don.d.c.10.Weſ.in ϖ.ff.de procur.n.5.Hunn.d.part.5.q.4 & 5.Il.Umm.d.th.5.n.30.* Moribus noſtris à parte actoris indiſtincte procuratorem intervenire poſſe, notat *Weſ.d.l.& Il.Umm.d.th.5.n.28 inf.* (e) Nam abſq; cautione & ſatisdatione litigantes non facile admittuntur, ne alias judicia reddantur eluſoria, *arg.t.t.I. de ſatisd. & ibi Vult.n.1.& 2.* Satisdare autem eſt cavere datis fidejuſſoribus *l.1.ff. qui ſatisd. cog. Adde ſupra D.3.th.10.lit.B.* Immunes autem à ſatisdatione ſunt & juratoriam cautionem præſtant perſonæ illuſtres, *l.ult.*

*C.de prox.ſacror.ſcrin.l.17.C.de dignit. & utrobiq; Cujac.* & quæ ob inopiam fidejuſſores invenire nequeunt, *N.112.c.2.* *Weſ.in* $\varpi$*.ff.qui ſatisd.cog.10. Zang.de except.part.2.c.21.n.9. Treut.vol.1.D.5.th.2.lit.B. Umm.D. ad proceſſ.9.th.6.n.22.* Idem dicendum de immobilium poſſeſſore, qui & ipſe ſatisdare non cogitur, *l.15.ff.qui ſatisd.cog.* Sed juratoriæ cautioni committitur, *l.ult.C.de agent.in reb. Accurſ.ad d.l.15.Cujac.ad N.53.* non nudæ repromiſſioni, ut Dd. vulgo exiſtimant: quamvis hæc poſterior magis recepta ſit, ut teſtatur *VVeſ.in* $\varpi$*.ff.d.t.n.f.* Q. An præterea requiratur, ut poſſeſſor immobilia ſua oppignoret? Neg. *arg.l.7.in f.ff.d.t.qui ſatisd.&c. ibiq; VVeſ.in* $\varpi$*.n.f. Niell.D.32.th.2.lit.C.* (f) *N.69.c.1.& ibi Cujac. N.112.c.2.auth.generaliter.C.de epiſc.& cler.& ibi Accurſ.* Verum duce priores ab uſu fori noſtri receſſerunt, teſte *Sichard.ad auth.offeratur.C.de lit.conteſt.n.14.* Sola de refuſione expenſarum adhuc ſupereſt, ut docet *Zanger.d.c.20.n.5. Hering.de fidejuſſ.c.10.n.118.& ſeqq. Umm.d.D.th.3.n.11. Adde Treut.d.D.th.3 lit.G.* (g) *§3.I.h.t.* Sed ita demum ſi de mandato dubium eſt. Nam ſi mandatum habet, hac cautione onerandus non eſt, *d.§.3.& l.1.C.de procur.* Si vero certum eſt eum mandatum nullum habere, ne quidem cum cautione hac admittendus eſt: niſi ſit ex perſonis conjunctis, quæ etiam ſine mandato, præſtita de rato cautione admitti ſolent, *d.l.1.l.12.l.21 C.de procur.& l.25.ff.eod.* (h) Id eſt, ſe in judicio compariturum, uſq; ad finem litis manſurum, & ſententiæ ferendæ adfuturum, *§.2.I.d.t.& ibi Vult.n.14. Adde Umm.d.D.th.4.n.14.& 15.* (i) Si videlicet dominus abfuerit, *§5.I.d.t.* Nam ſi præſens ſit, ipſe pro procuratore ſuo ſatisdare tenetur, *§.4.I.d.t.* ubi cautio, cujus *in verſ.alia in ſuper*, fit mentio, non à procuratore, ſed ab ipſo reo præſtanda eſt, ut recte *Eguin.Baro ad d.§. Niell.d.D.th.3.Bachov.ad Treutl.d.D.th.4.lit.B.*

## *XI.*

**Hic ponendum, (a) actiones civiles perpetuas eſſe, (b) Prætorias vero plerumq; anno terminari: (c) & rei perſecutorias heredibus, & in heredes (d) pœnales heredibus, ſed non in heredes competere. (e)**

(a) Poſtquam enim Imp. de actionibus, tam proprio quam alieno nomine, inſtituendis, ut & ſadisdationibus neceſſariis expoſuit, hic de

hic de tempore & quaſi interitu tractat. *Giph.pr.I.de perp. & temp. act. Vult.n.3.VVeſ.n.1.* (b) *pr.I.d.t.* Et olim quidem perpetuæ actiones dicebantur, quæ nullo tempore finiebantur: niſi forte à lege iis certus terminus præfinitus eſſet. Hodie vero quæ ad rempus 20. 30. vel 40. annorum in Conſtitut. præſcriptum, durat, *d.pr.I.de perpet. &c. & ibi Vult.* Nam perpetuum in jure noſtro & illud dicitur, quod certis, ſed longioribus tamen limitibus clauditur, *arg.l.1.ff.pro ſocio. l.25.ff.de pecul.l.4.ff.de procur.Vult. ad d.pr.n.9.Forſt.part.2.D.1.th.6.lit.D.* (c) *d.pr. I.de perp.&c.* Quod de pœnalibus accipiendum eſt. Nam res perſecutoriæ, quamvis prætoriæ ſint, tamen perpetuo durant, i. e. ad finem in Conſtit. introductum *d.pr.I.h.t.l.35.ff.O. & A.l.1.§4.ff.ſi ventr. nom. mitt.in poſſ.* Excipiuntur pœnales nonnullæ, ut actio furti manifeſti, *d.pr.inf.* quia in locum civilis actionis ſurrogata eſt, & ſurrogatum ſapit naturam ejus cui ſurrogatur. *arg.l.1.§10.ff.ſi is qui teſt.lib.&c.* Item actio arborum furtim cæſarum, *l.7.§.6.ff.arb.furt.Cæſ.* actio recepti contra nautas, *l.ult.§ult.ff.naut.caup.&c.* actio de ſervo corrupto, *l.13 ff.de ſerv. Corrupt.Giph.ad d.pr.Adde Vult.n.6.* (d) Actiones rei perſecutoriæ vel ex contractu deſcendunt, vel ex delicto. Ex contractu dantur in heredes in ſolidum, etiamſi dolus vel delictum aliquod defuncti arguatur, *l.12.l.49.ff.O.& A.l.152.in f.l.157.§f.ff.de R.I.* niſi quatenus interdum & pœnam contineant, ut actio depoſiti ex cauſa ruinæ, naufragii, tumultus & incendii, *§1.verſ.aliquando tamen &c.I.d. t.de perpet. &c. l.1.§1.l.18.ff.depoſiti.Theoph.Giphan.ad d.§.1.h.t.Vult.n.6. Hunn.4.V.R.part.6.q.5.Bronch.cent.4.aſſ.36.Hœnon.D.22.th.6.* Ex delicto vero in heredes competunt tantum pro ea parte, quæ ad ipſos pervenit, *l.un. C.ex del.defunct.l.ult. C.rer. amot. l.16. §f. ff. quod met. cauſ.l.4.§.f.ff.de incend.ruin. naufr.l.5.ff.de calumniat. Fachin.9.contr.5. Hunn.d.part.6.q.3.Niell.d. D.4.lit.C.* Excepta condictione furtiva, quæ in heredem furis in ſolidum competere diximus, etiamſi nihil ad eum pervenerit, *ſupra D.præced.th.3.lit.E.* (e) *d.§1.I. de perp.&c.l.38.l. 111.§1.ff.de R.I.l.23.§8.ff.ad l. Aquil.l.1.§1.ff. de priv.delict.* In heredes non competunt, quia ex delicto vel quaſi deſcendunt & pœnam perſequuntur; delicta autem debent tenere autores ſuos, *d.l.1.§f.ff.de priv. delict.l.22.C.de pœn.* niſi vel lis cum defuncto fuerit conteſtata, *d.§.1.I. h.t.de perpet. &c.l.139.pr.l.164.ff.de R.I.l.26.ff.O.& A.* vel ex delicto de-

functi aliquid ad eum pervenerit, *d.l.38.ff.de R.I.& d.l.un.C.ex del.defunct.& c.l.44.ff.de R.I. Phil.Matth. ad d.l.38.n.8.* Heredibus vero dantur, quia pecuniariam pœnam perſequuntur, quam & heredem perſequi æquum eſt, *arg.l.62 ff.de R.I.* Excepta actione injuriarum, *d.§.1.I.h.t.l.13.ff.de injur.* quæ non tam pecuniæ, quam vindictæ cauſa competit, *l.28iff.de injur.* Similes huic ſunt actio de in jus vocando, *l pen.ff.de in jus voc.* actio ingrati contra donatarium, *l.7.C.de revoc.* actio in factum de calumniat. *l.4.ff.de calumn. Giphan.ad d.§1.I.de perpet.& c. Borch.n.12.& 13.Vult.n.16.& ſeqq.*

# *COROLLARIA.*

I.

AN equa vendita aut vacca, etiam pullus & vitulus venditioni accedant? A.

II.

An Advocato vel procuratori ſalarium conſtitui poſſit? A.

III.

An ſalarium certum Advocato vel Procuratori promiſſum actione aliqua peti poſſit, ſi ſolvere Dominus recuſet? A.

IV.

An in libello nomen actionis exprimere neceſſe ſit? N.

*FINIS.*

99 A 6938

ULB Halle 3
002 822 58X

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-581979-p0031-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-581979-p0032-7

1b

ASEXTA.

NEAS

NES.

cæ in celeber-

UDWELL

minis Collegis

REAS Arm/

ri.

VII.

ORUM,

s Scherffij,

phi.